FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von August John an August Hermann Francke.

John, August

Berlin, 30.06.1725

Franckesche Stiftungen zu Halle

Shelf Mark: AFSt/H C 209 : 91

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238675

Visual Library

14 C 209

91

Vir summe Reverende,
Parens atque Praeceptor ex animo
colende,

Triduum est, ex quo Dn. Neubauerum acquievisse audivi. Gratia sit DEO τῷ φιλανθρώπῳ, qui vitam illius et his in terris utilem esse voluit, et nunc aditum ipsi ad aeternas et invisibiles suas mansiones aperuit. TE autem Deus robore suo suffulciat, ut et hoc vulnere inflicto, solatia tanto uberiora sentias! Quae de Dn. Rittero mihi substituendo significari voluisti, Vir summe Reverende, ea per errorem Landsbergam delata serius accepi. Interim hac quoque in re paternam tuam benevolentiam gratus agnovi. Vereor tamen, ut haec sparta satis ex usu Dn. Ritteri sit. Quanquam enim valde hoc me movet, quod et Dns Ritterus et coniux dei a-

amantes et religiosi sunt, neque dubito,
illum abunde præsidiis illis instructum
esse, quibus ad docendum moderandumque
alumnum meum opus est, nimis tamen
novi animum dominæ, quæ uxoratis nun-
quam favit, sed exacerbatum animum
in huiusmodi candidatos ita sæpe præ se tu-
lit, ut mihi vel cum moerore tacendum, vel
quantum ferre illam posse iudicavi, iudi-
cium ipsius moderandum fuerit. Nec in-
termittet, illi omnes circumstantias nuptia-
rum ipsius quærendo elicere, quæ, ut ex
amico quodam audivi, cui tamen de toto hoc
consilio nihil aperui, habent aliquid eru-
bescendum. Hæc sunt, Vir Summe Reve-
rende, quæ tecum prius communicanda du-
xi, quam de Dn. Rittero Domino commemo-
rarem. Interim senex ecclesiæ Landsbergen-
sis pastor, cui adiungendus fui, vivit valetque,
nec videtur, quod quidem homines iudicare

possunt, cito moriturus. Ecclesia quoque Landsbergensis, quæ videt me iam propriis stipendiis militare, et tertia quaque hebdomade (ita enim senex et ego inter nos convenimus) Landsbergæ munere meo fungi, plura hactenus non desiderat. Quæ scena si aliquandiu manserit, rationes nostras de successore mihi dando præcipitari non opus est. Nolim tamen, animo nostro rem penitus excidere. Forsan enim nec-opinantibus ostendet Dominus aliquem, qui utiliter Dominæ meæ comendari queat. Timeo enim, ne aliquando illa abripiatur consiliis Consiliarii cuiusdam, qui alieniorem se ab institutis Halensibus iam dudum ostendit, et auctor dominæ fuit, ut Gallicum hominem, me abeunte, filio præficeret. Sed hæc hactenus. Fiat voluntas Domini, cui Te quoque, VIR summe Reverende, in solidum comendo,

Berolini, d. XXX. Jun. CIↃIↃCCXXV.

Tuus

omni cultu et obsequio
Augustus Hahn.

A Monsieur
Monsieur Franck
Professeur en Theologie
très-renommé
à
Halle.

Franckesche Stiftungen zu Halle